



**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

de Fano in tracta. de pignori, in 3. membro. 6. partis, a numer. 12, vsque ad numerum. 33.

REGVLA CLXXI.

COMPELLI non debet quis ad faciendum quod alteri prodest, & sibi non nocet, quando contractus non præcedit, de cuius natura est vt faciat, & ille qui vult aliquem compellere, ex illo lucrum vel cōmodum sentit. Hanc regulam probat tex. in l. nec creditoris. C. de nouatio. in l. ff. de vsu & habita. in §. præterea. el. 2. Insti. de actio. Hanc regulam per supra dicta iura ponit Bar. cum §. limita. in l. soluto. matrimonio nu. 13. ff. solu. matri. quem ibi sequitur Guliel. Pontanus nu. 4. & eam dicit esse communem ibi Iason. nu. 31. & 33.

Hanc regulam per supradictam doctrinam Bart. cum §. limitatio. ponit notabili, Ludo. Roma. in d. l. soluto. matrimonio, a numero. 5. vsque ad numerum 21.

REGVLA CLXXII.

CONVENTIO facta inter maritum & uxorem, vt sibi inuicem succedant, valet. Hanc regulam ponit Cin. in l. si pater puellæ nu. 2. C. de inoffi. testamen. quem sequuntur ibi Pau. Bal. Salice. & lai. nu. 2. vbi confirmat eam quatuor fundamentis. Quæ opinionem. Cin sequitur Barba. in l. si diuortio. ff. de verbo obli. Hippo. in singulari. Iaf. in l. ex hoc iure. nu. 5. ff. de iusti. & iur. Nicola. Boeri. in cōsue. Bituricen. in rub. de consue. matrimonij & docerij. §. j. col. 7. & 8. fo. 8. col. j. et notab. Pala. Ruui. in repe. rubr. de donatio. §. 50. nu. 12. Hanc regulam probat tex. in c. j. in §. filij nati. & ibi Bal. & docto. ff. de feud. defun. conten. sit inter domi. & agna. Vas. in Vsbus feudo. tex. in Aut. fed hodie. in si. ibi. pactis dotalium instrumētorum in omni casu viro seruandis. C. de adulte. Et. regia. l. 9. titu. 6. lib. 3. fori. & in l. 23. & 24. titu. 11. par. 4.

Hanc regulam amplia vno modo, & limitat ibidem. vno, Iason d. l. pater puellæ. nu. 6. Eandem regulam cū §. limitatio. ponit Chasfanus in consuetu. Burgun. in titu. {des droitz} rubr. 4. §. 7. versic. cul. {autrement}. fo. 169. col. 2. nu. 1. cum aliis.

REGVLA CLXXIII.

CRIMINA morte extinguuntur. Hanc regulam probat text. in l. j. cum aliis. C. si reus vel accusa. mortu. fuerit. in c. quorundam. 23. dist. in c. peruenit. in c. causam que el 2. qui fil. sint. legi. De iure regio tex. in l. 2. titu. 23. part. 3. & in l. 9. titu. 20. libr. 4. fori. & in l. vii. & viij. titu. j. part. vij. Circa quam regulam, vide Angel. in §. publica autem, nume. 3. & ibi doct. Insuperio. de publi. iud. & in